



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 73. Præclara Benedicti XIII. Pontificis gesta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

rolum Collicolam Spoletinum Cameræ Sæc. XVIII.
 Apostolicæ Thesaurarium, Gregorium A. C. 1728.
 Selleri Dominicanum S. Palatii Ma-
 gistrum & denique Leandrum Porziam
 Forojulensem Ord. S. Benedicti Con-
 gregationis Cassinensis Abbatem, &
 S. Congregationis Indicis Consultorem,
 cui adjecit titulum Presbyterialem
 S. Calixti. His Pontifex die vigesima
 Septembris adjunxit Petrum Aloysium
 Carafam Neapolitanum, Archiepisco-
 pum Larissæ, Cardinalem Episcopum
 tit. S. Laurentii in Pane & Perna,
 necnon Josephum Accorambonum Spo-
 letanum Cardinalem Presbyterum tit.
 S. Mariæ Transpontinæ.

§. LXXIII.

Præclara Benedicti Pontificis gesta.

Quamvis Benedictus Papa summa
 senectute, gravibusque morbis
 pene confectus esset, impigro tamen
 conatu Sacras Pastoralis Officii fun-
 ctiones obibat, & quidem Mense De-
 cembri anni prioris centum omnino
 Clericos Sacris Ordinibus initiatus est,
 ac die vigesima Junii Ecclesiam ad
 S. Marcellum ritu solemniter sacra-
 vit, ipseque sermonem ad populum habuit.
 Eadem sedulitate in vitam & miracula
 Venerabilis Margarithæ de Cortona
 inquiri. & proximæ Canonisationis

Bbb 5

acta

Sæc. XVIII. acta confici curavit. Habebantur in-
A. C. 1728. super plures Congregationes, in qui-
 bus decretum est, Viros doctrina & pie-
 tate claros Auctoritate Apostolica ad
 Sinarum Imperium esse ablegandos,
 ut certam atque idoneis testibus com-
 probatam haurirent notitiam de mar-
 tyrio duorum FF. Prædicatorum &
 unius Franciscani & Capuccini, qui in
 odium fidei a Sinensibus Anno 1724.
 trucidati dicebantur, ipso Deo eorum
 Zelum coronante per luculentum mi-
 raculum; relatum enim erat, quod
 abscissum P. Capucini caput per tres
 horas Christi Evangelium denuntiavit,
 ac plurimi ex Infidelibus hoc prodigio
 ad amplectendam fidem Catholicam
 permoti fuerint. Præterea Pontifex,
 ægre tamen Abbati Merlinio concessit
 rat, ut centum viginti novem sermo-
 nes, quos Benedictus adhuc Cardinalis
 ac Beneventanus Archiepiscopus ad po-
 pulum dixerat, in unum volumen con-
 tractos typis ederet; eodem quoque an-
 no Carolus Marinius Cardinalis librum
 edidit, in quo hujus Pontificis vitam &
 virtutes a die, quo Purpuram Romanam
 induit, usque ad hunc annum descripsit;
 cum autem hic liber nunquam publicam
 lucem aspexerit, communior opinio est,
 hunc foetum jussu humillimi hujus Pon-
 tificis fuisse omnino suppressum.

§. LXXIV.